

an die Corinthier mit Fleiß erwogen / darinn er viele Gründe für die öffentliche *Communion* / und auch starcke Beweißthümer wieder die *privat-Communion* deutlich und unwiederleglich antreffen wird. *Quorum Consilium merito amplectimur, privatam, ut dicitur, Communionem ex hoc Pauli scripto examinaturi.* Equidem nos non fugit, dari, qui præsentem Apostoli Locum statuunt allegare saltem Exemplum, non Præceptum: quin & opponi nobis, peccatum Corinthiorum circa S. Eucharistiam fuisse singulare quid, quo cum modernus privatae Communionis usus conferri nequeat: à qua sententia non procul abest Theologus pietatis studio clarus in *Theol. V. 2. Art. V. sect. IX.* dicens: Ich traue die Absond. rung einiger / die der andern nicht warten wolten bey der *Corinthischen Kirchen* / welche Paulus *1. Cor. 11.* straffet / nicht eben dahin (auf die heutige absonderliche *Communion*) zu ziehen. Et Anonymus quidam politicus in der ausführlichen Beantwortung über den Entwurff der unvorgreiflichen Gedancken / den Gebrauch der *privat-Communion* betreffenden vier Gewissens Fragen von D. J. D. & c. heraus gegeben von Einem der *G. D. D.* liebet p. 19 & seqq. in eo deludat, ut probet peccatum Corinthiorum circa S. Cœnæ usum cum hodierna Communione privata non convenire, ubi multum cespitat. Clarissimus quoque *Lichtfootus* in *Hor. Ebr. in Epist. priorem ad Corinth. c. XI.* hypothesein suam de non reali Corporis ac sanguinis Christi in S. Cœna præsentia (forte quod illam veram ac realem esse, inter alia, versiculus 29. evincit) palliaturus, fingit per Ebrios intelligendos esse Judæos, qui ante Eucharistiam paschatizando nimium iumserint, aut sitientes aut esurientes fuisse Gentes conversas, quæ compaschatizare noluerint, indeque hunc locum severe nimis ad Christianos modernos nequamquam judaizantes, *ἀναξίως* licet ad Sacramentum hocce accedentes, applicari. Omnium vero maxime illorum sententia nobis obstat, qua, quicquid Corinthii deliquerunt, censetur non in abusu ipsius S. Cœnæ, sed epuli charitativi circa S. Cœnam haberi soliti, constituisse, atque sic hodiernos christianos, Agapis antiquatis, Corinthiorum more circa S. Cœnæ usum, minus peccare. Nos quidem non negamus, dari hic quoad circumstantialia quidquam, quod Corinthiorum proprium sit, utpote quod Paulus, postquam Anno Christi forte *LII.* Antiochia (suscepto inde quarto suo itinere venerat Corinthum, & per

& per